



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 5. Diversa S. Congregationum decreta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

decima sexta Decembris statuit, ad officia & dignitates esse inhabiles Religiosos Ord. S. Basillii, qui Archiepiscopatus, Episcopatus, aliasque dignitates sibi procuraturi essent.

Sæc.XVIII.  
A. C. 1728.

#### §. IV.

#### *Diversa S. Congregationum decreta.*

Præter plura alia, quæ a S. Congregationibus Romanis emanarunt, decreta, S. Rituum Congregatio die vigesima octava Januarii annuente summo Pontifice concessit, ut Officium S. Rosæ Viterbiensis die 4. Sept. ab omnibus, qui ad Horas Canonicas tenuerunt, in toto statu Ecclesiastico & in Etruria, & Officium S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Carmelitanæ Virginis in tota Italia atque Insulis adjacentibus sub ritu duplice minori recitari possit: Pariter die decima septima Martii indulxit, ut Missa propria de transverbératione Cordis S. Theresiæ die vigesima septima Augusti ab omnibus Carmelitis Excalceatis tam Hispanæ quam Italæ Congregationis sub ritu duplice secundæ classis, & officium SS. Joannis & Pauli die 26. Junii pariter sub ritu duplice ab omnibus recitari posset. Idem quoque pro Venetis concessum

B 4

est

Sæc. XVIII. est in festo Translationis Domus Lau-  
 A.C. 1728 retanæ. B. Jacobi Salomonii Ord. Præd.  
 & S. Eusebii Vercellensis pro omnibus  
 Christi fidelibus, necnon pro Servitis  
 in commemoratione reliquiarum, quæ  
 in eorum Ecclesiis asservantur, & in  
 festo omnium Sanctorum hujus Ordini-  
 sis. Præterea ex concessione Pontifi-  
 cis B. Alexii Falconerii, Julianæ Fal-  
 coneriæ, B. Bonifilii, Amidei, Soste-  
 nei, Uguccionis, Macatti, & Bona-  
 junctæ Martyrologio fuere apposita e-  
 logia, quæ hodie dum, succinctius ta-  
 men, ibidem leguntur. Insuper S. Con-  
 gregatio Ritaum jam Anno 1719. die  
 19. Aug. Officium S. Gregorii VII. P.  
 pro universo Ordine Benedictino appro-  
 bavit, quod tamen Benedictus XIII.  
 ab omnibus die 25. Maij recitari jussit,  
 exin autem in Galliis anno sequenti,  
 uti memorabimus, graves motus fuere  
 concitati. Denique S. Indicis Congre-  
 gatio edito decreto proscriptis librum  
 Italo sermone editum, cui titulus: *Hi-  
 storia bellorum in Europa. Et præcipue in  
 Italia ob successionem in Hispaniæ Monar-  
 chiam ab Anno 1696. usque ad Anno 1725.*  
*Authore Comite & Marchione Francisco  
 Maria Ottieri.* Hoc idem decretum  
 Benedictus Papa die decima septima  
 Januarii anno sequenti approbavit.

§. V.